F xviii [1] **Foras** adverbium ad locum, [2] inde **forinsecus**, [3] et **foris** in loco. [4] Et componitur **aforis**, [5] et **proforis**, [6] et **deforis**, [7] et **preforis**, [8] et **eforis**, omnia adverbia in loco. [9] Item a foras **foro** as quia quod foris est foratur, [10] et inde **foratus** a um, [11] et hec **foratio** nis, [12] et hoc **foramen** nis, [13] et hec **forago** ginis .i. filum quo textrices opus distinguunt, [14] et hic **forus** ri .i. foramen illud in navi de quo remus emittitur, quod in Lucano reperies, [15] et inde hic **forulus** li .i. scriptorium eo quod ad cornua imponenda sit saepe perforatum, unde Iuvenalis h i c l i b r o s d a b i t e t f o r u l o s m e d i a m-

---

**14** *cf.* Lucan. III 630 **15** Iuv. III 219

---

F xvii *om.* I

**2** le ⟨diminutivum⟩ $V_1$ **3** diminutiva *om.* $V_1$ **5** adverbia: adverbium $P_2$ **7** massa: materia $HP_2$ / sicut: nunc $P_2$ / extrahitur: trahitur $P_1$ extrabitur $P_2$ **9** fabrorum (*Mai*): librorum $V_1$ / quibus: que $V_1M_1P_2$ / educuntur: reeducunt $M_1$ ducunt $P_2$ **11-13** formator ... formatio: verbalia φ **16-17** reformo... as *post* as 18 $P_1$ **16** Et ⟨formo⟩ $P_1$ / componitur ⟨informo⟩ $P_1$ *om.* A **17-18** *mutato ordine* A **19** Forma: Formo $V_1$ / uniforme ⟨.i. unius forme⟩ $M_1$ **21** *in marg.* $M_1$ **22** .i. unius forme *om.* $M_1$ **26** deformiter ⟨adverbium⟩ φ$P_1$ **28** *om. Mai* **29** informiter ⟨adverbium⟩ $P_2$ **33** quadriformis ⟨et sextiformis⟩ $P_1$ **35** multiformis ⟨et ab istis omnibus sicut ab univormis⟩ *vix legitur* H ⟨conformis et inde et uniformis⟩ $P_1$

**1** ad locum: loci H **2** forinsecus: inforinsecus $P_2$ **4-7** *om.* $P_1$ **4** aforis: afforis $M_1$A *om.* H **5** *om.* $V_1$ **6-7** *mutato ordine* H **8** eforis: efforis φ **9** foratur *et in marg.* furatur *Mai dubitanter* **14** navi: manu *ante corr.* $V_1$ / in ... reperies: Lucanus ostendit $P_1$ / reperies: repperies φ

*217 / 218 M.*

que Minervam. [16] Foro componitur **perforo** as, [17] et **circumforo** as, et ab istis verbalia. [18] Item a foras hoc **forum** ri eo quod semper sit foris, [19] unde hoc **forulum** li diminutivum. [20] Et per compositionem **circumforanus** a um .i. circum fora vagans, [21] et **inforo** as .i. implacitare in foro, unde Plautus licetne inforare si incomitiare non licet? unde verbalia. [22] Item a foras hic et hec **forensis** et hoc forense .i. foris conversans, [23] et hic et hec **forassis** et hoc forasse .i. foris manens, unde Prudentius in libro ymnorum quamquam forassem linguam forte tetigissem, [24] et hec **forica** ce .i. locus in foro ubi inmunda confluunt stercora, unde Iuvenalis inde reversi conducunt foricas. [25] Et pluraliter hee **fores** ium .i. ianue, [26] et componuntur **bifores** ium .i. gemine porte, unde Ovidius metamorphoseos in secundo argenti bifores radiabant lumine valve. [27] Item a foras per compositionem hec **forceps** cipis eo quod capiat quod foris est, [28] et inde hec **forcicula** e .i. parva forceps, [29] et hec **forpex** forpicis .i. forceps fullonum, quasi quod foris est in veste capiens, [30] et inde hec **forpicula** e .i. parva forpex, [31] et hec **forfex** cis .i. forceps nummulariorum, [32] unde hec **forficula** le .i. parva forfex, unde quidam ponens hec tria nomina ait forcipe fila, pilum cape forfice, forpice ferrum. [33] Item a foras hec **frons** tis secundum quosdam eo quod foris sit et in aperto, [34] et inde hec **fronticula** le, [35] et **frontosus** a um .i. impudibundus quod comparatur frontosior frontosissimus, unde Augustinus in commentario super psalterium de Maria Magdalene que solebat in fornicatione sua frontosa esse frontosior sit ad salutem. [36] Frons componitur hic **Bifrons** tis .i. Ianus, [37] et hoc **frontispicium** cii .i. inspectio frontis, unde Iosephus in duodecimo coronam in modum psalmi conferunt, et frontispicia ut versatilia.

---

**21** Plaut. *Curc.* 401 **23** Prud. *perist.* X 986-987: quamquam forassem forte ... | ... tenuive linguam contigissem vulnere **24** Iuv. III 37-38 **26** Ov. *met.* II 4: argenti bifores radiabant lumine valvae **32** *non repperi sed. cf.* Eberh. Bethun. *Graec.* X 166 **35** Aug. *serm.* CXL 8 **37** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XII p. 314 *F.*: coronam quidem in palmam conferunt, frontispicia vero versatilia

---

**18** ri: huius fori $V_1$ **20** circum: circa $M_1P_2$ / fora: forum $P_1$ **21** licet *vix legitur* H / incomitiare: incomiciare *Mai* **22** foras ⟨vel foro⟩ $P_1$ / ⟨in *s.l.*⟩ foris $M_1$ / conversans: circumversans $P_1$ manens *et s.l.* conversans $M_1$ **23** manens: conversans $V_1$ *ante corr.* / in libro ymnorum *om.* $P_1$ / forassem: foracem $P_1$ / forte: fortem $P_1$ *om.* A **24** ubi: unde $M_1P_2$ **25** hee: hae *Mai* **26** componuntur: componitur *Mai* compoñr $P_2$ / metamorphoseos in secundo *om.* $P_1$ / secundo: ii° φ / radiabant: radiebant $P_2$ **28** forcicula: forpicula A forcipula $M_1P_2$ / .i. parva forceps: diminutivum $P_1$ **29** forpex: forpes $V_1$ / forcipis *om.* $M_1$ / .i. forceps fullonum *om.* $P_1$ **30** .i. parva forpes: diminutivum $P_1$ / forpex: forpes $V_1$ **31** .i. forceps nummulariorum: quasi quod foris est in numero capiens $P_1$ / nummulariorum (*Mai*): numulariorum $V_1$ **32** forficula: forcicula $P_1$ / .i. parva forfex: diminutivum $P_1$ / forcipe: forfice $M_1P_2$ / pilum: fpilum $V_1$ filum *Mai* / forfice: forpice $M_1P_2P_1$ / forpice: forfice $AP_1$ forcipe $M_1P_2$ **33** tis: huius frontis $V_1$ / secundum quosdam *om.* A **35** quod comparatur *om.* A / Augustinus (*Mai*): Agustinus $V_1P_2$ / Magdalene: Magdalena $M_1$A *Mai* / esse ⟨ait⟩ $P_1$ **36** Frons *in marg.* $M_1$ *om.* $AP_2$ / componitur *in marg.* $M_1$ **37** unde Iosephus in duodecimo *om.* $P_1$ / duodecimo: XII° φ / psalmi: palmi H / conferunt: confertur A / et *om.* H / versatilia. ⟨Frons componitur infrons et efrons .i. sine fronte⟩ $P_1$

*218 / 219 M.*

F xix [1] **Fendo** is non est in usu, [2] sed componitur **defendo** is, [3] unde hic **defensor** ris, [4] et **defensorius** a um, [5] et **defensus** a um, [6] et hec **defensio** nis,[7] et **defenso** as .i. defendere, et inde verbalia. [8] Componitur etiam fendo **offendo** is quod pro reperire et pro irasci dicitur, [9] unde **offensus** a um, [10] et hec **offensio** nis, [11] et hec **offensa** e .i. culpa, [12] et hoc **offendiculum** li, [13] et **offenso** as .i. sepe irasci, et inde verbalia, [14] et hoc **offensaculum** li .i. culpa vel obex, unde Prudentius in sycomachia cecum errare sinit perque offensacula multa. [15] Offensus componitur **inoffensus.** [16] Componitur quoque fendo **infendo** is .i. irasci, [17] unde **infensus** a um .i. iratus, unde Terentius in Andria me pater infensus servat; [18] et hec **infensio** nis, [19] et **infenso** as.

F xx [1] **Furvus** a um .i. niger, [2] unde secundum Ysidorum hic **fur** ris eo quod nocte ambulet, [3] unde **furtivus** a um, [4] et **furtive,** [5] et **furtim** adverbia, [6] et hoc **furtum** ti, [7] et **furor** aris, [8] unde hic **furator** ris, [9] et **furatus** a um, [10] et **furatio** nis. [11] Et per compositionem hic **crebrifurus** ri .i. locus crebro habens fures, [12] et hic **furfur** ris grossum far eo quod minutior farina inde furatur. [13] Item ab hoc nomine quod est fur hec **furca** e, [14] inde hec **furcula** le, [15] et **furcatus** a um, [16] quod componitur **bifurcatus** a um, [17] et **trifurcatus,** [18] et hec **furcella** le .i. furcula parva furca, [19] et pluraliter **furcilles** lium .i. furce ubi suspenduntur fures, [20] et inde per compositionem **affurcillo** as .i. suspendere vel concutere, et inde verbalia. [21] Furca componitur hic **furcifer** ri, [22] et hic **trifurcifer** ri .i. portarius qui tres habet furcas ad honus gerendum, unde Plautus an tu furcifer herum nos fugitare? Etiam fur trifurcifer.

---

F xix **14** Prud. *psych.* 484: caecum errare sinit perque offensacula multa **17** Ter. *Andr.* 212: me infensu' servat nequam faciam in nuptiis fallaciam

F xx **2** *cf.* Isid. *orig.* X 106; XII 2,39 **22** Plaut. *asin.* 485: ain tu, furcifer? erum nosmet fugitare censes?

---

F xix **1** is ⟨quod⟩ $M_1P_2P_1$ **2** is ⟨di sum su verbum activum⟩ $P_1$ **5** *om.* $P_1$ **6** *om.* A **7** et ⟨a supino defensum⟩ $P_1$ / as ⟨frequentativum $P_1$ / .i. defendere *om.* $P_1$ / verbalia ⟨a quo defensaculum⟩ $P_1$ **8** fendo *om.* A / reperire: impedire $M_1$ / irasci: ad iram provocare $AM_1$ **12** li ⟨culpa vel obex⟩ φ **13** irasci: ad iram provocare $M_1A$ **14** vel obex *om.* φ / sycomachia: sicomachia $HAP_2$ sichom $M_1$ / cecum: centum $V_1$ / errare: oberrare $P_1$ / perque: per quod $P_2$ **16** irasci: ad iram provocare $M_1A$ **17** in Andria *om.* $P_1$

F xx **2** ambulet: ambulat φ *Mai* **3-5** *post* 6 $P_1$ **4** *om.* $P_1$ **5** adverbia: adverbium $P_2$ **6** *post* 2 $P_1$ **7** aris ⟨deponens⟩ $M_1$ **8-10** unde ... nis: inde verbalia A *s.l.* $M_1$ **12** furatur: furetur $P_1$ **13** Item: Inde *Mai* **14** furcula: furcella $P_1$ / le ⟨.i. parva furca⟩ φ ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **15-18** *post* 19 φ **18** furcella: fulcella $V_1$ furcilla $P_1$ / .i. ... furca: diminutivum $P_1$ / furcula *om.* φ **19** *ante* 15 φ / ⟨furcule scilicet⟩ furce $P_1$ / fures: latrones $P_1$ **20** affurcillo: conforcillo $AM_1$ **21** ri ⟨.i. furcam portans⟩ φ **22** et ... ri *post* fugitare *Mai* / portarius: potarius $V_1$ portitor $M_1P_2$ portator A / honus *om.* A / unde ... trifurcifer *om.* $P_1$ / an: ain H am $V_1$ / nos: vis φ / Etiam fur trifurcifer *om.* $P_2$

*219 / 220 M.*

[1] **Fonus** ni .i. cantus, [2] inde **fonicus** a um .i. musicus, unde Sidonius psalmorum hic modulator et fonicus. [3] Et per compositionem hec **antiphona** ne .i. ante cantata, [4] et hic **paraphonista** te .i. cantor eo quod paret fonos .i. cantus, [5] et **simphonia** e .i. totus cantus, [6] unde **simphonicus** a um, [7] et **simphonice** adverbium, [8] et **simphonista** te .i. cum simphonia canens, [9] et **simphonizo** as, unde verbalia. F xxi

[1] **Fero** ers tuli latum tu verbum anomalum, [2] inde hic et hec **fertilis** et hoc fertile quod comparatur fertilior fertilissimus, [3] unde **fertiliter** fertilius fertilissime adverbia, [4] et hec **fertilitas** tis, [5] et hec **Feronia** nie .i. dea agrorum, [6] et hic **ferentarius** rii .i. sagittarius ferens arcum, unde Ambrosius super Egisippum sed ut solent inferentariorum preliis plura vulnera quam neces inferebantur. [7] Item a fero et hic et hec **ferax** cis .i. fecundus et comparatur feracior feracissimus, [8] unde **feraciter** feracius feracissime adverbia, [9] et hec **feracitas** tis, [10] et **feraculus** a um .i. aliquantulum ferax, [11] et hoc **ferculum** li, [12] et hoc **feretrum** tri eo quod mortuum ferat, [13] et hec **faretra** tre eo quod mortem ferat .i. sagittas, [14] et inde **faretratus** a um. [15] Item a fero hoc **ferrum** ri, [16] unde **ferreus** a um, [17] et **ferreolus** a um diminutivum, [18] et hec **ferrugo** nis .i. ferri rubigo, [19] et hic **ferrarius** rii, [20] quod componitur hic **fabriferrarius** rii, [21] et **ferro** as, [22] unde **ferratus** a um, [23] et hec **ferratio** nis, [24] et componitur **differro**, et inde verbalia. [25] Notandum autem quod **ferrugo** dicitur pro quodam colore simili ferro, [26] et tunc inde dicitur **ferrugineus** a um. [27] Item a fero secundum Rabanum hic et hec **fortis** et hoc forte eo quod fortiter ferat adversa, quod comparatur fortior fortissimus, [28] unde **fortiter** fortius fortissime adverbia, [29] et hec **fortitudo** nis, [30] et **forto** as quod non est in usu, [31] sed F xxii

---

2 Sidon. *epist.* XIV 11: psalmorum hic modulator et phonascus F xxi

6 Ambrosius = Heges. III 9,4: ut solet (solent *var. l.*) in ferentariis proeliis, plura vulnera quam neces inferebantur 27 *cf.* Hrab. *de anima* VIII *PL* 110 col. 1116D, *sed potius cf.* Isid. X 98 F xxii

---

**1** Fonus: Phonus *Mai* ⟨hic⟩ *s.l.* H **2** unde ... fonicus *om.* $P_1$ / fonicus: phonicus *Mai* / Sidonius: Sydonius $P_2$ **3** antiphona: antifona H / ante cantata: antecantata $HP_2$ ante cantica $P_1$ **4** paraphonista: parafonista $HP_1$ / fonos: phonos A sonos *Mai* / cantus: sonos $P_1$ **5** simphonia: synphonia $V_1$ sinfonia $P_1$ **6** simphonicus: sinphonicus $V_1$ simfonicus $HP_1$ synphonicus *Mai* **7** simphonice: sinphonice $V_1$ *ante corr.* simfonice $HP_1$ synphonice *Mai* **8** simphonista: simfonista H synphonista $V_1$ / simphonia: simfonia $HP_1$ **9** simphonizo: simphonizo $HP_1$ synphonizo *Mai* F xxi

**1** tuli ⟨ferre⟩ H / anomalum ⟨inde lator ris et latrix cis⟩ H **3** fertilius fertilissime *s.l.* $M_1$ / adverbia: adverbium $P_2$ **6** Egisippum: Egisipum $V_1$ Egesippum HA Hegesippum *Mai* / inferentariorum: in ferentariorum $P_2$ / preliis: pre his $P_1$ / plura (*Mai*): plurima A / inferebantur: inferebant $P_1$ **7** cis ⟨omnis generis⟩ $P_1$ **8** adverbia: adverbium $P_2$ **12** ferat ⟨et quandoque ponitur pro cibo⟩ $P_1$ **13** .i.: scilicet $P_2$ / sagittas: sagitas $V_1$ **16** unde ⟨hic⟩ $V_1$ **23** hec ... nis: inde verbalia A **25** Notandum: Nota φ / colore *om.* $V_1$ **27** fero: ferro $M_1A$ *ante corr.* $P_2$ *ante corr.* / Rabanum: Rabalium H / eo ... adversa *om.* $P_1$ **28** adverbia: adverbium $P_2$ **30-31** non ... sed *om.* φ **30** non ... usu *om.* $V_1$ F xxii

componitur **conforto** as, [32] et inde **confortatus** a um, [33] et hec **confortatio** nis. [34] Fortis componitur **quamfortis** .i. valde fortis. [35] Fero componitur **confero** ers, [36] unde **collatus** a um, [37] et hec **collatio** nis, [38] et **collativus** a um .i. largus et amplus ubi multa conferuntur, unde Plautus quis hic homo est cum collativo ventre et oculis herbeis? [39] **Offero** ers, [40] unde **oblatus**, [41] et hec **oblatio** nis, [42] unde hec **oblatiuncula** le, [43] et hec **offa** e, [44] unde hec **offula** le, [45] et hec **ofella** e diminutiva. [46] **Differo** ers .i. prolongare, [47] et inde hic et hec **differens** tis quod comparatur differentior differentissimus, [48] unde **differenter** differentius differentissime adverbia, [49] et hec **differentia** e, [50] e **dilatus** a um, [51] et hec **dilatio** nis, [52] et **dilato** as .i. diferre, [53] unde **dilatatus** a um, [54] et hec **dilatatio** nis, [55] differens componitur **indifferens**. [56] **Suffero** ers .i. pati, [57] inde hic et hec et hoc **sufferens** tis, quod comparatur sufferentior sufferentissimus, [58] unde **sufferenter** sufferentius sufferentissime adverbia, [59] et hec **sufferentia** e, [60] et **sublatus** a um quod in alio sensu dicitur pro ablatus, [61] et hec **sublatio** nis. [62] **Aufero** ers id est eripere, [63] inde **ablatus** a um, [64] et hec **ablatio** nis, [65] et **ablativus** a um, [66] **refero** ers, [67] inde **relatus** a um, [68] et hec **relatio** nis, [69] et **relativus** a um .i. quod ad aliquid refertur, [70] **effero** ers .i. superbire elevare, [71] inde **elatus** a um, [72] et hec **elatio** nis. [73] Componitur quoque fero **profero** ers .i. producere, [74] **prefero** ers .i. anteferre, [75] **infero** ers, [76] **circumfero** ers, et ab istis verbalia. Sciendum autem quod fero dicitur pro cupere, unde Ovidius metamorphoseos in primo in nova fert animus mutatas, et cetera. Dicitur etiam pro dicere et pro tolerare.

F xxiii [1] **Fugio** is fugi verbum neutrum et caret supinis, [2] inde hic et hec et hoc **fugax** cis quod comparatur fugacior fugacissimus, [3] unde **fugaciter** fuga-

---

**38** Plaut. *Curc.* 230-231: quis hic est homo | cum conlativo ventre atque oculis herbeis? **76** Ov. *met.* I 1: in nova fert animus mutatas dicere formas

---

**33** nis ⟨et confortatorius a um⟩ H **38** amplus: amplius A locus $P_1$ / conferuntur: conferunt $P_1$ / quis: qui $P_2$ / hic homo: homo hic $P_1$ **42** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **44** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **45** diminutiva ⟨Iuvenalis [XI 142] exigue furtis imbutus ofelle⟩ H **46** prolongare: prolongo $P_1$ **47** tis ⟨omnis generis⟩ $P_1$ **48** differenter ⟨adverbium⟩ $AP_1$ / differentius differentissime *om.* $P_1$ / adverbia *om.* $AP_1$ **50** dilatus: dilatatus A **53** dilatatus: dilatus $V_1$ **56** pati: patior $P_1$ **57** sufferens ⟨omnis generis⟩ $P_1$ / tis ... sufferentissimus *om.* $P_1$ **60** sublatus: sullatus H / ablatus: oblatus $M_1A$ **61** sublatio: sullatio H **62** ers: fers $P_2$ **64** ablatio: oblatio A **66** refero: reffero H **69** quod ad aliquid refertur: aliquid quod refertur H **70** superbire: superbio ⟨efferre autem ad funera pertinet, dicitur etiam efferre pro extra ferre ut [?] ibi eque efer aqua et cinerem⟩ $P_1$ / elevare ⟨extollere unde [?] quibus te laudibus eferam nescio⟩ H **71** nis ⟨.i. superbia⟩ $P_1$ **73** ers: proferus $P_2$ / producere: produco $M_1AP_1$ **74** anteferre: antefero $M_1A$ anteduco $P_1$ **75** infero ers ⟨unde illatio et illatus a um⟩ $P_1$ **76** verbalia: verbalis $P_2$ / dicitur ⟨quandoque⟩ H / metamorphoseos *om.* $AP_1$ / *in primo om.* $HP_1$ / mutatas *om.* $P_1$ / et cetera: ⟨dicere formas⟩ corpora *Mai* / Dicitur ... tolerare: Etiam ferre pro tolerare et pro dicere ⟨transfero tuli a quo translato as, circumfero, antefero, perfero, defero, superfero affero⟩ $P_1$

**1** supinis: sup $V_1$ supino *Mai*

*221 / 222 M.*

cius fugacissime adverbia. [4] et hec **fugacitas** tis, [5] et hec **fuga** ge, [6] unde **fugitivus** a um, [7] et **fugo** as, [8] unde **fugatus** a um, [9] et **fugatio** nis, [10] et **fugito** as verbum frequentativum, unde Plautus an tu furcifer herum nos fugitare censes? [11] Fugo componitur **effugo**, [12] **diffugo**, et ab istis verbalia. [13] Fugio componitur **effugio**, [14] unde **effugus** a um .i. fugitivus, [15] et hoc **effugium**, [16] **confugio** is, [17] unde hoc **confugium** ii .i. securitas et tutela, [18] et hec **confugela** le .i. adiutorium, [19] et hic **confuga** ge .i. simul cum alio fugiens, [20] **diffugio** gis, [21] unde **diffugium** ii, [22] et **diffugus** a um .i. in diversa fugiens, [23] **profugio** is, [24] unde **profugus** a um, [25] et hoc **profugium** .i. fuga, Iosephus ut aliquod profugium inveniret; [26] **refugio** is, [27] unde **refugus** a um, [28] et hoc **refugium** gii, [29] **effugio** is, [30] unde **effugus** a um id est fugitivus, [31] et hoc **effugium** gii. [32] Componitur quoque **prefugio** is, [33] et **aufugio** gis, [34] et **circumfugio** is.

[1] **Ferveo** es fervui verbum neutrum et caret supino. [2] Inde **fervesco** cis, F xxiv
[3] quod componitur **effervesco** is, [4] quod et **confervesco** is, [5] et hic **fervor** oris, [6] et hoc **fervorium** rii .i. caldarium rii, [7] et **fervidus** a um quod comparatur fervidior fervidissimus, [8] unde **fervide** fervidius fervidissime adverbia, [9] et hec **ferviditas** tis. [10] Item a ferveo hoc **fermentum** ti, [11] unde **fermentarius** a um, [12] et **fermento** as, [13] unde **fermentatus** a um, [14] et hec **fermentatio** nis. [15] Ferveo componitur **efferveo** es, [16] et **deferveo** es. [17] Sciendum autem quod dicimus etiam **fervo** is tertie coniugationis correpte, unde Virgilius fervere Leucaten.

[1] **Frango** gis fregi fractum tu verbum activum, [2] inde **fractus** a um, [3] et F xxv
hec **fractura** re, [4] unde hec **fractio** nis, [5] et **fracticius** a um, [6] et **fractim**

---

**10** Plaut. *asin.* 485: ain tu, furcifer? herum nosmet fugitare censes? **25**: *non repperi.* F xxiii

**17** Verg. *Aen.* VII 677 F xxiv

---

**3** adverbia *om.* $P_2$ **9** nis ⟨et secundum quosdam fugis ablata scilicet et addita to fit fugito as⟩ $P_1$ **10** unde ... censes *om.* $P_1$ / an (*Mai*): am $V_1$ ain H *om.* φ **11-12** *om. Mai* / effugo ... verbalia *om.* $V_1$ **11** fugo: fugio $P_1$ **12** verbalia: verbalis $P_2$ **13-15** effugio ... effugium *post* 28 $V_1$ **14** .i. fugitivus: et effugitivus $M_1$ **20-22** *post* 29 $P_1$ **22** in *om.* φ$P_1$ / diversa: diverso π **25** fuga ⟨et profugus ga gum. Perfugio gis unde perfugus ga gum, et hic perfuga es .i. ille qui fugit ad hostes in bello quod in IV regum libro invenies [IV *reg.* XXV 11] ⟩ H / ut: ubi $M_1$ F xxiii

**1** fervui: ferbui $M_1P_1$ ui $P_2$ fervivi A / supino: supinis H $P_2$ **2-3** fervesco ... componitur *om.* $V_1$ **3** effervesco: fervesco $V_1$ *ante corr.* **3-4** *mutato ordine* $V_1$H **8** adverbia: adverbium $P_2$ **16** es ⟨conferveo es⟩ $P_1$ **17** Sciendum ... dicimus: Dicitur $P_1$ / fervo: ferveo $V_1M_1P_2$ *post corr.* fervio H / tertie coniugationis unde *om.* $P_1$ / correpte: corrupte H *om.* φ$P_1$ / unde Virgilius *om.* A / Leucaten: Leucatem $P_2$ Leucoteon ⟨etcetera⟩ $P_1$ F xxiv

**3** *post* 5 H *om.* $P_1$ **5** *om.* $P_1$ F xxv

adverbium, [7] et hoc **fragmen** nis, [8] unde hoc **fragmentum** ti, [9] et hoc **fragum** gi .i. legumen quod Gallice dicitur [9a] freses, unde Ovidius metamorphoseos in primo montanaque fraga legebant. [10] Item a frango hic et hec **frangibilis** lis et hoc frangibile, [11] vel **fractilis**, [12] et inde **frangibiliter** adverbium, [13] vel **fractiliter** adverbium, [14] et hic **fragor** oris, [15] unde **fragorosus** a um, [16] et hec **fragitida** de .i. stilus, unde Prudentius in libro ymnorum qui cum sacrandus accipit fragitidas. [17] Item a frango hec **fraxinus** ni eo quod facile frangatur, [18] unde **fraxineus** a um, [19] et hoc **fraxinetum** ti .i. locus ubi fraxini crescunt, [20] et hoc **fritillum** li .i. molinellum eo quod grana frangat, unde Iuvenalis parvoque eadem movet arma fritillo. [21] Item a frango hic et hec **fragilis** et hoc fragile quod comparatur fragilior fragilissimus, [22] unde **fragiliter** fragilius fragilissime adverbia, [23] et hec **fragilitas** tis, [24] et hic **fragus** gi .i. recurvatio poplitis vel ipse poples, [25] unde et **suffragines** poplites specialiter dicuntur, [26] et inde **fragor** aris quod non est in usu, [27] sed componitur **suffragor** aris .i. auxiliari, [28] unde hic **suffragator** ris, [29] et **suffragatus** a um, [30] et hec **suffragatio** nis, [31] et **suffraganeus** a um .i. auxiliatorius, [32] et hoc **suffragium** gii. [33] Item fragor componitur **refragor** aris .i. resistere, [34] inde **refragator**, [35] **refragatus**, [36] **refragatio**, [37] et hic et hec **refragabilis** et hoc refragabile, [38] unde **refragabiliter** adverbium. [39] Et componitur **irrefragabilis** .i. irresistibilis, [40] unde **irrefragabiliter** adverbium. [41] Componitur quoque fragus **confragus** a um .i. tuberosus, cumulosus, unde Prudentius in sicomachia et confraga densis arboribus dumeta tegunt. [42] Frango componitur **effringo** gis, [43] **anfringo** is .i. circumfringo, et inde verbalia, [44] et hic **anfractus** us .i. circumfractio, [45] **perfringo** gis, [46] **confringo** gis, [47] **infringo** gis, [48] **refringo** gis, et ab istis verbalia.

---

**9** Ov. *met.* I 104 **16** Prud. *perist.* X 1076: Quid, cum sacrandus accipit sfragitidas? **19** Iuv. XIV 5: bullatus parvoque eadem movet arma fritillo **41** Prud. ] Verg. *buc.* VI 126: at confraga densis arboribus dumeta tegunt

---

**7** fragmen framen $P_2$ **9** legumen ... dicitur *om.* $P_1$ / metamorphoseos in primo *om.* $P_1$ / ⟨arbuteos fetus⟩ montanaque $P_1$ **10** et hoc frangibile: is $V_1$ **12-13** *mutato ordine* $P_1$ **13** adverbium ⟨et fracticius qui cito frangitur, et framea ee⟩ $P_1$ **16** fragitida: sphragitida *Mai* / in libro ymnorum *om.* $P_1$ / ymnorum: hymnorum *Mai* / cum sacrandus: consecrandus φ consecratus $P_1$ / fragitidas: frigiditas $V_1$ sphragitidas *Mai* **17** a frango *om.* $V_1$ / frangatur: frangitur $V_1$ **20** molinellum: mollixiellum $V_1$ / parvoque: parva $P_1$ **22** adverbia ⟨[?] Qui (que A) sint (sit A) (in $M_1P_2$) limus dat nobis noscere fragus⟩ φ **24** poplitis: poblitis $M_1$A / poples: poplex $V_1$ pobles $M_1$ **25** poplites: poplitis $V_1$ poblites $M_1$ / specialiter *om.* $V_1$ / dicuntur: vocantur φ$P_1$ ⟨et ipsa recurvatio (curvatio $M_1$ $P_2$) dicitur suffraginatio⟩ φ **26** inde fragor: infragor $P_2$ **34-36** refragator ... refragatio: verbalia $M_1$A **37** et hoc refragabile *om.* $P_1$ **39-40** *om.* $P_1$ **41** tuberosus: uberosus $P_2$ / sicomachia: sinchomachia $V_1$ psychomachia *Mai* / confraga densis: confragandus $V_1$ confragis *Mai* **43** anfringo: amfrango H affringo φ / .i.: et *Mai om.* $P_2$ / circumfringo: circumfrango $V_1$ **44** anfractus: amfractus H$P_1$ affractus $M_1$ **45** gis ⟨circumfringo⟩ $P_1$ **47** *om.* $M_1P_2$

*223 / 224 M.*

[1] **Fornax** cis, [2] inde hic **fornaculus** li parvus fornax, [3] et hoc **fornacalium** lii .i. sacrum quoddam in fornaculo factum, [4] **fornacalia** etiam vocamus instrumenta ad opus fornacis aptata, [5] et **fornacio** is .i. fornare, [6] unde **fornacitus** a um .i. in fornace coctus, [7] et hec **fornacitio** nis. [8] Item ab hoc nomine quod est fornax hec **fornix** cis .i. domus meretricum arcuata ut fornax, unde Iuvenalis lenonum pueri quocumque in fornice nati; [9] et inde **fornicor** aris, [10] unde hic **fornicator**, [11] et hec **fornicatrix** cis, [12] et hic **fornicarius** a um, [13] et **fornicatus** a um, [14] et **fornicatio** nis. [15] Fornicor componitur **confornicor** ris, et inde verbalia. F xxvi

[1] **Faveo** es avi fautum tu verbum neutrum, [2] inde hic **fautor** ris, [3] et hec **fautrix** cis, [4] et hic **favor** ris, [5] unde hic et hec **favoralis** et hoc favorale, [6] et **favoraliter** adverbium, [7] et **favorosus** a um .i. favore plenus, [8] et hic **favissor** ris .i. piscator qui semper favet ut sibi bene eveniat, [9] et hic **favidicus** ci .i. illequi vera dicit cui ceteri favent. [10] Item a faveo hic **favus** vi, [11] unde hic **favillus** li .i. parvus favus, [12] et hic **Favonius** nii .i. lenis ventus et instabilis, unde Ovidius metamorphoseos in XI utque sub adventu spirantis lene Favonii. [13] Invenimus etiam hoc **favonium** nii pro leni odio. [14] Dicimus quoque **favius** a um .i. levis et imponderosus, unde Plautus qui vult cubare pandit saltum favium. [15] Item a faveo **faustus** a um .i. felix cui cuncta favent, et comparatur faustior faustissimus, [16] unde **fauste** faustius faustissime adverbia, [17] et hec **faustitudo** nis. [18] Faustus componitur **infaustus**. F xxvii

[1] **Finio** nis finivi vel finii tum tu verbum neutrum, [2] inde **finitus** a um, [3] et hec **finitio** nis, [4] et hic **finis** is, [5] unde et hic et hec **finalis** et hoc finale, F xxviii

---

**8** Iuv. III 156: lenoni pueri quocumque ex fornice nati F xxvi

**12** Ov. *met.* IX 661: utve sub adventu spiranti lene Favoni **14** Plaut. *curc.* 56: qui volt cubare, pandit saltum saviis F xxvii

---

**2** inde ... fornax: unde hec fornacula diminutivum $P_1$ / parvus fornax: diminutivum $M_1$ **3** fornacalium: forna $V_1$ *spatio relicto* fornaculum $\varphi P_1$ fornalium *Mai* **4** fornacalia: fornacula $M_1$ $P_2$ / ⟨quedam⟩ instrumenta $\varphi$ / apta: aptata $V_1\varphi$ posita H **5** fornare: panem in fornace mittere $P_1$ **6** fornacitus: fornacius H **6** fornacitio: fornatio $P_2$ fornacio $P_1$ **8** nati *s.l.* $M_1$ / fornax *om.* $V_1$ **9** *om.* $V_1$ **14** ⟨ab⟩ inde H F xxvi

**1** fautum: fatum $V_1$ / neutrum: activum $P_1$ **2** fautor (*Mai*): fractor $V_1$ **5** favoralis *et s.l.* bi $M_1$ **6** adverbium ⟨et hic et hec favorabilis et hoc favorabile quod comparatur favorabilior favorabilissimus unde favorabiliter favorabilius favorabilissime adverbia⟩ H **9** favidicus (*Mai*): fraudicus $V_1$ faudicus $H\varphi$ fatidicus $P_1$ **12** lenis: levis $M_1$ / et instabilis *om.* $\varphi$ / metamorphoseos in XI *om.* $P_1$ / utque: ut quod $P_2$ / favonii: faveni *Mai* **13** Invenimus: Inveni $V_1$ / leni: levi $\varphi$ **14** favius: fanius $V_1$ / qui: que $V_1$ / cubare: iuvare $\varphi$ / saltum: saltem $P_1$ **18** infaustus ⟨.i. infelix⟩ H F xxvii

**3** nis ⟨Finitus componitur infinitus a um, a quo infinitivus a um et infinitas tis cuius penultima corripitur ad differentiam accusativi pluralis infinitas⟩ $P_1$ F xxviii

[6] et **finaliter** adverbium, [7] et **finitimus** a um. [8] Finis componitur hic et hec **affinis** et hoc affine .i. vicinus, [9] unde **affiniter** adverbium, [10] et hec **affinitas** tis, [11] et hoc **affinium** nii ambo pro vicinitas. [12] Componitur quoque finis hic et hec **confinis** et hoc confine .i. vicinus, [13] unde **confiniter** adverbium, [14] et **confinitas** tis, [15] et hoc **confinium** nii ambo pro vicinitas, [16] et hoc **bifinium** nii .i. divisio inter duos fines. [17] Sic et **trifinium** dicimus, [18] et **quadrifinium** nii, [19] et **diversifinium** nii .i. divisio inter diversas partes, [20] et **interfinium** nii .i. terminus inter duos fines. [21] Sciendum autem quod **finis** pro consummatione et pro patria dicitur. [22] Finio componitur **definio** is, [23] unde **definitus** a um, [24] et hec **definitio** nis, [25] **prefinio** is, [26] unde **prefinitus** a um, [27] et hec **prefinitio** *nis*.

F xxix [1] **Fundo** is fudi fusum su verbum activum, [2] inde **fusus** a um, [3] et hec **fusio** nis, [4] et **fusim** adverbium, [5] et hic et hec **fusilis** et hoc fusile, [6] unde **fusiliter** adverbium, [7] et hoc **fusorium** rii .i. illud in quo aliquid infunditur, [8] et hec **funda** de, [9] unde hec **fundula** le, [10] et hec **fundibula** le .i. funda, [11] et inde hic **fundibalista** te .i. funde iactator, [12] quod aliter dicitur hic **fundibalus** li, [13] et hic **funditor** ris, unde Salustius in sinistra parte Manlius cum funditoribus. [14] Item a fundo hic et hec **futilis** et hoc futile quod cito decurrit, unde Terentius in Adelphos tu nihil nisi sapiat ille futilis. [15] Et hic **fundus** di, [16] unde hic **fundulus** li .i. minimus piscis qui adheret fundo, [17] et **fundo** as, [18] unde **fundator** ris, [19] **fundatus**, [20] **fundatio**, [21] et hoc **fundamen** nis, [22] et hoc **fundamentum** ti, [23] et **fundito** as verbum frequentativum, unde Plautus in Amphitrione cum cruciatu tuo ista verba funditas. [24] Item a fundo hic **fons** huius fontis eo quod ex se aquam effundat, [25] et inde hic **fonticulus** li, [26] et **fontanus** a um .i. iuxta fontem habitans. [27] Fundo componitur **profundo** is,

**13** Sall. *Iug.* C 2 **14** Ter. *ad.* 394-395: tu quantu' quantu's nil nisi sapientia es, | ill' (ill' futilis *var. l.*) somnium **23** Plaut. *Amph.* 1033: Cum cruciatu tuo istaec hodie, verna, verba funditas

F xxviii **7** finitimus: finitivus *Mai* / um ⟨.i. vicinus⟩ H **11** ambo: utrumque $P_1$ / vicinitas: vicinitate $P_1$ **12-15** *om.* $M_1$ **12-14** *ad* 20 *post* fines $P_1$ *om.* $M_1$ **12** Componitur quoque finis: Item finis componitur $P_1$ / et hoc ... vicinus *om.* $AP_1$ **13** *om.* $P_1$ **15** vicinitas: vicinitate $AP_2$ **17** dicimus *om.* $P_1$ **18-19** nii ... .i. *om.* A / partes: patrias $V_1M_1A$ provincias $P_1$ **20** terminus: nus $P_1$ **21** patria: provincia ⟨et quando pro provincia tunc inde derivatur finitimus et dicitur *quasi comprovincialis*⟩ H / *dicitur* (*Mai*): accipitur $P_1$ *om.* $V_1$ **22** finio ⟨quoque⟩ $M_1$ / definio: diffinio $V_1M_1$ ⟨diffinio⟩ A **27** nis. ⟨Diffinio nis .i. definire unde diffinitus ta tum et hec diffinitio nis et hic diffinitor ris. Eodem modo dicitur definitor et prefinitor⟩ H ⟨difinio difinitus tio⟩ $P_1$

F xxix **1** fusum *om.* $M_1$ / activum ⟨unde verbalia⟩ $P_1$ **5** fusile ⟨quod facile funditur et hic fusus si eo quod circum circo fuditur et hoc fusorium⟩ $P_1$ **6** *om.* $P_1$ **12** dicitur ⟨fundibolarius⟩ H / li ⟨fundibolarius⟩ φ **13** funditor ⟨dicitur⟩ $M_1$ / Manlius: Mallius $V_1$ / funditoribus (*Mai*): funditorius $V_1$ **14** decurrit ⟨vel (homo $M_1$) qui scit celare nil (nil scit celare $M_1$)⟩ φ / in adelphos: in adelphis *Mai om.* $P_1$ **16** minimus: minutus φ diminutivum $P_1$ / fundo ⟨qui etiam gobio et scintilla dicitur⟩ $P_1$ **19** *om.* $P_1$ **21** nis ⟨et hec fundatrix⟩ H **23** in Amphitrione *om.* $P_1$ / ista verba: verba ista $P_1$ **25** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **26** habitans. ⟨Et hic fundus di quod et pro (*bis* A) fundo aque et pro allodio dicitur⟩ φ

*225 / 226 M.*

[28] unde **profusus** a um, [29] et hec **profusio** nis, [30] et **profundus** a um quod comparatur profundior profundissimus, [31] unde **profunde** profundius profundissime adverbia, [32] et hec **profunditas** tis, [33] et **profundo** as .i. effundere, unde Terentius in adelphos profundat, perdat, nihil ad me; et inde verbalia. [34] Componitur fundo **effundo** is, [35] et **confundo** is, [36] et **diffundo** is, [37] et **suffundo** is, [38] et **infundo** is, [39] et **perfundo** is, [40] et **refundo** dis.

[1] **Fallo** is fefelli verbum neutrum et caret supinis, [2] inde hic et hec et hoc **fallax** cis quod comparatur fallacior fallacissimus, [3] unde **fallaciter** fallacius fallacissime adverbia, [4] et hec **fallacia** cie, [5] et hoc **filtrum** tri .i. quoddam genus acutissimi veneni, unde Iuvenalis hic Tessala vendit filtra. [6] Item a fallo **falsus** a um quod comparatur falsior falsissimus, [7] unde **false**, [8] vel **falso** falsius falsissime adverbia. [9] et hec **falsitas** tis. [10] Et componitur **falsidicus** a um, [11] et **falsificus** a um, [12] et **falsifico** as, unde verbalia. [13] Item a fallo hoc **fel** lis, [14] unde **felleus** a um. [15] Fallo componitur **refello** is. F xxx

[1] **Fluo** is fluxi fluxum xu verbum neutrum, [2] unde hic **fluxus** us .i. alicuius rei decursio, [3] et **fluidus** a um .i. madidus, [4] et hic **fluor** ris .i. madiditas, [5] et **fluvidus** a um .i. madidus, unde Lucanus traxit iners celum fluide contagia pestis. [6] Item a fluo hoc **flumen** nis, [7] unde **flumineus** a um, [8] et hic **fluvius** ii, [9] unde hic **fluviolus** li diminutivum, [10] et **fluviosus** a um, [11] et **fluvio** as .i. hundare, unde Iosephus in decimo octavo nihil inter eos aut ditior fluviatur, aut pauperior defrau- F xxxi

---

**33** Ter. *ad.* 134: profundat, perdat, pereat! nil ad me attinet

**5** Iuv. VI 610-611: hic Thessala vendit | philtra F xxx

**5** Lucan. VI 89: traxit iners caelum fluuidae contagia pestis **11** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XVIII p. 514 *F.*: nihil amplius inter eos ditior fluitatur, nihil pauperior defraudatur F xxxi

---

**30** quod comparatur *om.* φ **31** adverbia: adverbium φ **33** adelphos: adelphis φ *Mai* / nihil: nil φ **37** suffundo: consuffundo A **38** *om.* φ **39-40** *mutato ordine* φ **40** *om.* $P_1$ / dis ⟨et ab omnibus istis verbalia⟩ H

**1** fefelli ⟨falsum su⟩ $P_1$ / neutrum: activum $P_2P_1$ / et caret supinis *om.* φ$P_1$ **2** hic ... hoc: omnis generis $P_1$ *om.* φ / quod comparatur *om.* φ **3** adverbia: adverbium $P_2$ **5** acutissimi: accutissimi $P_1$ / Tessala: Thessala A$P_2$ thessala *Mai* / filtra: philtra *Mai* **6** fallo: fallendo $V_1P_2$ / quod comparatur *om.* A **7-8** false vel *om.* $P_1$ **11** *om.* φ **12** et falsifico as *om.* $V_1$ **13** fallo: falso $P_1$ / hoc: hec A / fel lis: fellis HA **15** refello is ⟨et caret supinis⟩ $P_1$ F xxx

**1** fluxum: fluctum $V_1$I ⟨vel fluitum tu vel⟩ fluctum $P_1$ **3-4** *post* 5 $M_1$ *mutato ordine post* 5 A$P_2$ **3** .i. madidus *om.* A **4** madiditas: fluiditas $P_2$ ⟨fluiditas vel⟩ $M_1$ A **5** fluvidus: fluide $M_1$ fluidus a um $M_1$ *ante corr.* / iners: hiemps $M_1$A yemps $P_2$ inhers $P_1$ **10** *om.* $M_1$A **11** hundare: habundare H abundare φ ⟨vel ditare⟩ $P_1$ / in decimo octavo: XVIII° φ *om.* $P_1$ / fluviatur: fluitatur $P_1$ F xxxi

datur; et inde verbalia, [12] et hic et hec **fluvialis** et hoc fluviale. [13] Item a fluo hic **fluctus** us, [14] et inde hic **flucticulus** li, [15] et **fluctuo** as .i. dubitare, [16] unde **fluctuatus** a um, [17] et hec **fluctuatio** nis. [18] Et componitur fluctus **fluctivagus** a um. [19] Item a fluo hec **frons** dis eo quod cito fluat, [20] unde **frondosus** a um .i. frondibus plenus, [21] et **frondesco** is, [22] quod componitur **refrondesco** is, [23] et **confrondesco** is, [24] et hic **frondator** ris .i. avis quedam que ex frondibus nidum facit, unde Virgilius hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. [25] Item a fluo hic **flos** oris eo quod cito fluat, [26] unde hic **flosculus** li, [27] et **floridus** a um, [28] et hoc **florarium** rii, [29] et hoc **floretum** ti .i. locus ubi flores crescunt, [30] et **floreo** es, [31] unde **floresco** is, [32] et componitur **effloreo** es, [33] et **refloreo** es. [34] Sic etiam dicimus **effloresco** cis, [35] et **refloresco** cis. [36] Et **floro** as quod non est in usu, [37] sed componitur **defloro** as .i. excerpere, [38] et inde **deflorator**, [39] **defloratus**, [40] et **defloratio**. [41] Fluo componitur **affluo** is, [42] unde **affluens** tis, [43] et **affluenter** adverbium, [44] et hec **affluentia** e .i. habundantia, [45] et **affluus** a um .i. habundans, [46] **defluo** is, [47] unde **defluus** a um .i. quod cito decurrit, [48] et hoc **defluvium** vii .i. excursio, unde Macer de viribus herbarum, defluvium capitis, si suco seminis huius ungas sepe caput, reprimi dicit Galienus. [49] **Superfluo** is, [50] unde **superfluus** a um, [51] et **superflue**, [52] et hec **superfluitas** tis. [53] **Refluo** is, [54] unde **refluus**. [55] **Interfluo** is, [56] **interfluus** a um, [57] **influo** is, [58] unde **influus** a um. [59] **confluo** is, [60] unde **confluus** a um. [61] Notandum autem quod **fleo** secundum Ysidorum dicitur a fluo, eo quod qui flet lacrimis fluit, [62] et inde hic **fletus** us, [63] et hic et hec **flebilis** et hoc flebile, [64] unde **flebiliter** adverbium, [65] et hec **flebilitas** tis, [66] et **fletus** a um quod non est in usu, [67] sed componitur **infletus** a um, unde Ambrosius super Egisippum incautum spiculo transigit, ne infleta esset. [68] Fleo componitur **effleo** es, [69] et **defleo** es.

---

**24** Verg. *buc.* I 56 **48** Macer = Odo Magd. 157 **61** *cf.* Isid. *orig.* X 111 **67** *non repperi.*

---

**12-17** *om.* $P_1$ **12** *om.* A **14** flucticulus: fluctuculus $V_1$ **17** nis ⟨et fluito tas verbum neutrum ditare, Iosephus [Cassiod *Ios. antiq.* XVIII p. 514 *F.*] nil dicior fluitatur aut pauperior defraudatur⟩ $P_1$ **18** um ⟨quasi fluctio sonus⟩ φ ⟨et fluctisonus⟩ $P_1$ **19** hec: hic $V_1$ / frons: frondes $V_1M_1$ *post corr.* **21** ⟨et frondeo es quod non est in usu a quo⟩ frondesco is ⟨incoativum⟩ $P_1$ **24** quedam *om.* A / frondibus (*Mai*): frontibus $V_1$ / facit ⟨vel ille qui stringit frondes⟩ $P_1$ / frondator ⟨frondes componitur frondicomus a um⟩ $P_1$ / hinc: huic $M_1P_2$ / rupe: ripe $M_1$ *ante. corr.* / ad auras *om.* $V_1M_1AP_1$ **26** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **28** rii ⟨locus ubi flores crescunt⟩ $P_1$ **29** .i. ... crescunt: idem. ⟨Flos componitur floriger a um et florifer⟩ $P_1$ **31** floresco ⟨incoativum⟩ $P_1$ **35** *om.* $P_1$ **37** excerpere: corrumpere $P_1$ **38** *om.* $V_1$ φ **44** habundantia: abundantia φ **45** habundans: habundus $V_1$ abundus $P_2$ abundans $M_1$ abundantia $P_2$ *ante corr.* **46-47** *om. Mai* **47** decurrit: defluit $P_1$ **48** excursio: excusio $V_1$ excussio *Mai* / de viribus herbarum *om.* $P_1$ / suco: succo $HM_1P_2$ / ungas: unges $M_1$ ungues A unge $P_2$ irrigas $P_1$ / sepe: tege $P_1$ / caput *om.* A / reprimi dicit Galienus: et cetera $P_1$ / Galienus: Gallienus A **51** superflue ⟨adverbium⟩ φ **52-56** *om.* $V_1$ **61** Notandum: Nota φ / fleo ⟨fles vi tum tu neutrum⟩ $P_1$ / eo ... fluo: eccetera $P_1$ / fluit: affluit $P_2$ **67** componitur ⟨defletus et⟩ $P_1$ / incautum spiculo: in causpeculo $P_1$ / incautum: incantum A / transigit: transfigit $P_2$ / esset: essent $M_1P_2$ **68** es. ⟨Et confleo es et ab istis omnibus verbalia⟩ H

*227 / 228 M.*

[1] **Fulcio** is fulcii vel fulcivi fultum tu vel fulcitum tu verbum neutrum, [2] inde **fultus** a um, [3] et **fulcitus** a um, [4] et hoc **fulcimen** nis, [5] et hoc **fulcimentum** ti, [6] et hec **fultura** e, [7] et hoc **fulcrum** ri .i. sponda lecti quod pro ipso accipitur lecto, unde Prudentius in sicomachia ubi multo fulcra mero veterique toreumata rore rigantur. [8] Fulcio componitur **effulcio** is, [9] unde **effultus** a um, [10] et hec **effultio** nis. [11] **Suffulcio** cis, [12] unde **suffultus** a um, [13] et hec **suffultio** nis. F xxxii

[1] **Frigeo** es frigui vel frixi verbum neutrum et caret supinis, [2] unde **frigidus** a um quod comparatur frigidior frigidissimus, [3] unde **frigide** frigidius frigidissime adverbia, [4] et hec **frigiditas** tis, [5] et hoc **frigus** is, [6] unde **frigorosus** a um .i. frigidus, [7] et hoc **frigium** gii .i. quedam mitra pontificalis, unde Constantinus imperator frigium candido splendore eius sacratissimo vertici imposuimus. [8] Item a frigeo **frigesco** is, [9] quod componitur **refrigesco** is, [10] Et pluraliter **frigores** ium .i. febres que nos faciunt frigere, [11] et hec **frigilla** e .i. avis quedam que frigore cantat, [12] et **frigutio** is .i. frigide se deducere sicut catulus facit quando habet frigus, unde Plautus in cassia quid friguttis? quid istud tam cupide cupis? [13] Item a frigeo **frigero** as quod non est in usu, [14] sed componitur **refrigero** as, [15] unde **refrigeratus** a um, [16] et hec **refrigeratio** nis, [17] et hoc **refrigerium** rii, [18] et hec **febris** is dicitur a frigeo eo quod frigere nos faciat, [19] et inde hec **febricula** le, [20] et **febricito** as .i. febres habere, [21] unde **febricitatus**, [22] **febricitatio**, [23] et **febrio** is .i. febres habere, unde Macrobius de Saturnalibus ut febrienti varium, et non simplicem cibum daret, [24] et inde **febrisco** is verbum frequentativum. [25] Frigeo componitur **refrigeo** es, [26] et **perfrigeo** es, unde Iuvenalis et si perfrixit, cantat bene. [27] Notandum autem quod dicimus etiam **frigo** is frixi frixum xu .i. frigere sicut facimus in patella, [28] et inde **frixus** a um .i. cum sagina in pa- F xxxiii

---

7 Prud. *psych.* 370

7 *const. Const.* 255-257 M.G.H. *fontes iuris Germ. antiqui* X: frygium (frigium *codd.*) vero (quoque *var. l.*) candido nitore (nitoris *var. l.*, splendore *var. l.*) ... eius sacratissimo vertici (capiti *var. l.*) manibus nostris posuimus (imposuimus *var. l.*) **12** Plaut. *cas.* 267: quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis? **23** Macr. *Sat.* VI 4,6 **26** Iuv. VII 194

---

1 vel fulcivi *om.* A / fultum tu *in marg.* $M_1$ / neutrum: activum $M_1P_1$ **6** fultura: fulcra $P_2$ fulta A **7** fulcrum: fulchrum A / quod ⟨etiam⟩ A / sicomachia: sincomachia $V_1$ Psychomachia *Mai om.* $P_1$

2 quod comparatur *om.* φ **3** adverbia: adverbium φ **7** frigium: phrygium *Mai* / unde ... imposuimus *om.* $P_1$ / frigium: phrygium *Mai* frigio A / splendore (*Mai*): splendidore $V_1$ **8** frigesco ⟨incoativum⟩ $P_1$ **10** .i. febres *om.* $P_1$ **11** ⟨in⟩ frigore $P_1$ **12** frigutio: friguto $V_1$ frigutto φ / deducere: ducere / facit *om.* $P_1$ / in Cassia *om.* $P_1$ / friguttis: frigutis $V_1$ / istud: istum $V_1$ **13** as ⟨a quo refrigerasco cis unde refrigeratus refrigeratio⟩ $P_1$ **18** faciat: faciant $V_1$ facit $P_1$ **20** habere: pati $P_1$ **21-23** unde ... habere *om.* $V_1$ *in marg.* $P_2$ **23** de Saturnalibus *om.* $P_1$ / cibum daret: daret cibum $P_1$ **24** frequentativum: inchoativum $AP_1$ **27** Notandum: Nota φ / .i. ... patella: quod pertinet ad patellam / frigere (*Mai*): frire $V_1$ / facimus: dicimus $P_1$ **28** sagina: sagimine $P_1$

tella coctus, [29] et hec **frixatura** re .i. coctura re, [30] et hec **frixa** xe .i. carbonella, [31] et hoc **frixorium** rii .i. ferrum super quod coquitur. [32] Et componitur frigo **confrigo** is, [33] **confrixus** a um, [34] unde **confrixio** nis, [35] et hoc **confrixorium** rii .i. caldarium vel patella vel ferrum super quod aliquid coquitur.

F xxxiv [1] **Fateor** ris verbum deponens, [2] inde **fassus** a *um*, [3] et hoc **fatum** secundum quosdam, [4] unde hic et hec **fatalis** et hoc fatale, [5] et inde **fataliter** adverbium. [6] Et per compositionem **fatidicus** .i. fatum dicens. Sciendum tamen quod secundum Quintilianum de causis fatum dicitur a facio, unde et ait quid est fatum, nisi quod fit et non habet causas? [7] Fateor componitur **profiteor** eris, [8] unde hic **professor** ris, [9] et **professus** a um, [10] et hec **professio** nis, [11] et hic **profeta** te quasi profitens tacita, [12] unde hec **prophetissa** se, [13] et **profeticus** a um, [14] et **profeto** as, [15] et hic et hec **prophetalis** et hoc prophetale, [16] et **prophetizo** as. [17] Componitur fateor **confiteor** eris, [18] unde hic **confessor** ris, [19] et **confessus** a um, [20] et hec **confessio** nis. [21] **Diffiteor** eris, [22] et **enfiteor** ris, ambo pro negare.

F xxxv [1] **Fodio** is fodi fossum su verbum neutrum, [2] inde hic **fossor** oris .i. ille qui fodit, [3] et hoc **fossorium** rii .i. ligo cum quo foditur, [4] et hec **fossa** e, [5] unde hec **fossula** le, [6] et **fodo** as, [7] et **fosso** as, ambo pro sepe fodere, et ab istis verbalia, [8] et hic **fossatus** us. [9] Fodio componitur **effodio** is, [10] et **diffodio** is, [11] et **confodio** is, [12] et **suffrodio** is, [13] et **circumfodio** is, [14] et **infodio** is, et ab istis verbalia.

F xxxvi [1] **Fedo** as avi atum tu verbum activum, [2] inde **fedatus** a um, [3] et hec **fedatio** nis, [4] et hoc **fedamen** nis, [5] et **fedus** a um quod comparatur fedior fedissimus, [6] unde **fede** fedius fedissime adverbia, [7] et hec **feditas** tis, [8] et hic **fetor** ris, [9] et **fedosus** a um .i. fedus. [10] Et **fetet** verbum defectivum, [11] unde **fetidus** a um, [12] et **fetosus** a um .i. fetidus. [13] Item a fedo hec **fex**

---

F xxxiv 6 Ps. Quint. *decl.* IV 18: quid est ergo fatum, nisi quod fit et non habet causas?

---

**30** xe ⟨coctura et hec frixa⟩ $P_1$ **32** frigo *om.* $V_1$

F xxxiv **2** fassus (*Mai*): falsus $V_1$ **3** fatum (*Mai*): factum $V_1$ **4** et hoc fatale *om.* $\varphi$ **6** per ... .i. *om.* $P_1$ / tamen: autem $V_1$ / facio: fatio $M_1$ / et ait *s.l.* $P_2$ / ait ⟨fassus⟩ $P_2$ / non *om.* $P_1$ / causas: casum $V_1$ casus $P_1$ cas $P_2$ **7** profiteor (*Mai*): profiteo $V_1$ **14-15** *mutato ordine* $\varphi$ **17** Componitur ⟨quoque⟩ $\varphi P_1$ **21** eris ⟨.i. negare⟩ $P_1$ **22** ambo pro negare: idem $P_1$

F xxxv **1** fodi *om.* $V_1$ / neutrum: activum $P_1$ **2** ille ⟨scilicet⟩ $\varphi$ **3** cum *om.* $P_1$ **5** unde: inde ⟨fosella et⟩ A / le ⟨diminutivum et fovea e⟩ $P_1$ **6** as ⟨frequentativum⟩ $P_1$ **7** ambo ... fodere: idem $P_1$ **10** *post* 12 A / diffodio: defodio $P_1$ / is ⟨perfodio⟩ $P_1$ **11** *om.* $V_1$ $\varphi$ **13** *om.* H

F xxxvi **1** activum: neutrum A **5** quod comparatur *om.* $M_1A$ **6** adverbia: adverbium $P_2$ **8** *post* 10 H *post* 12 $P_1$ / fetor: fedor $P_1$ **9** fedosus: fetosus $\varphi$ **11** um ⟨quod comparatur fetidior fetidissimus, unde fetide fetidius fetidissime adverbia⟩ H **12** um ⟨et hic fetor⟩ $P_1$ / .i. fetidus *om.* $P_1$

cis, [14] unde hec **fecula**, le .i. parva fex, unde Horatius in sermonibus posuit illud pro pulte siser, allec, fecula Choa; [15] et inde **feculatus** .i. fece plenus quod et pro fetido dicitur. [16] Invenimus quoque **feculentus** pro fetidus a fecula dirivari, unde Macrobius de Saturnalibus laxatis spiramentis effluit labes feculenta; [17] et **feculentia** .i. feditas, [18] et **feco** as, quod non est in usu, [19] sed componitur **effeco** as .i. purgare quasi fecem extra ponere, [20] et inde **effecatus** a um, [21] et hec **effecatio** nis. [22] Componitur quoque **defeco** as similiter pro purgare, unde Prudentius in libro ymnorum sed tincta postquam membra defecaverat; unde etiam Macrobius de Saturnalibus in venis et arteriis fit digestio, quia acceptum sanguinem quodam modo defecant; [23] et inde **defecatus** a um .i. purus quasi deorsum a fece, [24] et **defecatio** nis. [25] Fedo componitur **effedo** as, [26] et **confedo** as, [27] et **refedo** as, et ab istis verbalia.

[1] **Fecundo** as, [2] inde **fecundator** ris, [3] **fecundatus** a um, [4] **fecundatio**, F xxxvii
[5] et **fecundus** a um, quod comparatur fecundior fecundissimus, [6] unde **fecunde** fecundius fecundissime adverbia, [7] et hec **fecunditas** tis. [8] Fecundus componitur **infecundus** a um. [9] Item a fecundo **fetus** a um, [10] unde **fetura** re, [11] et **fetuitus** a um .i. feturam habens vel generatus, [12] et hic **fetus** us .i. fetura, [13] et hec **fecutina** ne .i. quelibet sordida causa per quam mulier fetum temptat eicere. [14] Fetus componitur **effetus** a um .i. debilis, quasi sine fetu .i. sine fortitudine, quod in Boetio reperies. [15] Item a fecundo secundum Ysidorum hec **ficus** ci pro arbore, quod de ceteris arboribus sit fecundior, quod etiam dicitur pro fructu ipsius arboris et pro quadam infirmitate, unde Martialis Cocus dicemus ficus quas scimus in arbore nasci, dicemus ficos, Ceciliane, tuos; [16] et quando est pro infirmitate, tunc inde dicitur **ficosus** a um .i. illa infirmitate plenus. [17] Quando vero pro arbore, hec **ficulnea** nee .i. parva ficus, [18] et hoc **ficulnetum** ti .i.

---

**14** Hor. *serm.* II 4, 73 **16** Macr. *Sat.* VII 12, 4: laxatis spiramentis effluit tabes faeculenta **22** Prud. *cath.* VII 74 Macr. *Sat.* VII 4, 22: in venis autem et arteriis ... tertia fit digestio. Nam acceptum sanguinem quodam modo defaecant F xxxvi

